



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

quaestio 76. Quae poena incurratur si contra ius publice[n]tur vel  
occultentur nomina testium. & c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**



inurgeret, si poneretur, præcisè dies, non debet apponi, & sufficere mensis, & annus, quod fieri sepe solet, cum testibus in carcere deponentibus similiter apponitur in publicatione loci & tempus commissi delicti, quoniam hoc ad defensionem reorum spectat. Cæterum non est apponendus locus loci. *hactenus ibi.*

*Sed non diffiteor contingere quâdoque posse, ut si locus & tempus commissi criminis reis panderentur, ipsi possent facile devenire in notitiam denuntiatorum, ut cum delictum recenter est commissum, quo casu sicut in alijs, providendum omnino est testium incolumitati, & legitimæ etiam reorum defensionis, alijs cõperitibus modis, quos prudens Inquisitor pro negotij qualitate melius scire poterit.*

Quoniam vero legitimæ defensionis ordo, ob suppresam nominum, & cognominum testium publicationem, quodammodo videtur truncatus in hoc crimine, propterea Inquisitores vitam & mores testium, ac delatorum diligenter debent investigare, ut alibi scripsimus copiosius, traditq; Ioannes Roias in dicto sing. 208. incip. Testium publicatio. & alij.

An autem quandoq; liceat non modo testium nomina publicare, sed etiam reum & testes cõciliare seu cõfrontare abudè docui supra in hac 3. parte, num. 101. super tit. de cautelis inquisitorum, & num. 209. super 12. modo processum fidei terminandi.

(Prout in alijs sit negotijs, publicentur.) Post hæc verba in omnibus codicib. mox subsequuntur hæc alia: Ita quod ubi grave periculum deponentibus seu testib. videatur imminere, iudicio Episcopi, & Inquisitoris, non publicentur delatis: ubi autem eis non publicentur, attendat circumspectus Inquisitor, &c. Hæc omnia placuit removere, quia non admodum cohærent cum præcedentibus, & cõsequentibus, & verisimile mihi sit ab aliqua marginali annotatione in contextum irrepsisse. videtur autem hæc annotatio desumpta fuisse ex sententia Archidiaconi in c. fm. de hæret. lib. 6.

QVÆSTIO LXXVI.

Quæ pœna incurratur si contra ius publicentur, vel occultentur nomina testium, &c.

**S**Eptuagesima sexta quæstio est: Vtrum Episcopus, & Inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina: seu publicando ubi non debent, incurrant aliquam pœnam, & quam?

Respondemus quod sic: quia per dominum Papam eorum cõscientiæ onerantur, ac eis præcipitur, quatenus puram & providam intentionem habeant in prædictis, unde in d. c. Statuta. de hæret. lib. 6. circa finem sequitur sic: Cæterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quàm Inquisitores puram, & providam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina supprimenda, ubi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimen securitatem asserant, ubi tale pe-

riculum immineret, super hoc eorundem cõscientias onerantes.

Vbi Archidiaconus dicit ita: O tu, quicumque index in tali causa, bene adverte verba ista: nã non dicit leve periculum, sed dicit, grave: noli igitur reum priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

COMMENT. CXXV.

**Q**Uæ hac quæstione tradit Emericus, caute accipiendâ sunt. Primum enim si non publice resti nomina, non errabit, immo ut superiori cõmentario docuimus, nullo modo publicanda sunt in publicâ vero multum errare potest: qui hodie absq; euidenti necessitate; & omni periculo cessante, temere publicare præsumeret testiũ, accusatorũ, seu denuntiatorũ nomina, plane imprudens ageret, & fortassis in mortalè culpâ incurreret: quia ageret contra tot decreta Pontificũ, & cõtra receptã sacri officij cõsuetudinẽ: qua quamvis nulla lege nãretur, quia tamen cõsuetudo est laudabilis, approbata, & legitime prescripta aq; inducta, vim legis habet. s. ex nõ rescripto. instit. de iure naturali gẽt. & civili.

Hanc quæstionẽ trãstulit Autor repertorij inquisitorum in suum opus, verbo, nomina s. nunc videndum. quo loco cautiùs aliquanto loquitur. adde Simancam de catho. instit. tit. 64. nu. 26. & in enchyridio tit. 35. nu. 12. & seq.

Dicta quidem testiũ edenda sunt reo, ut se defendere queat, nomina vero supprimenda sunt: & hoc iure utimur.

Atque eodem modo vel cauenda vel accipienda sunt quæ de hac re ediferens tradit Tabiensis in summa. verbo, inquisitor, s. 8.

DE PERITIS ET ADVOCATIS necessarijs pro officio Inquisitionis.

D

QVÆSTIO LXXVII.

An Inquisitor possit conuocare peritos ad præbendum consilium,

SUMMARYM.

- 1 Inquisitor potest conuocare & cogere peritos.
- 2 Peritorum nomine quoniam intelligantur,

E

**S**Eptuagesima septima quæstio est: Vtrum inquisitor possit conuocare peritos quoslibet, ac eos cogere ut sibi assistant, ac in ferendis sententijs præbeant consilium opportunum?

Respondemus quod sic: ut patet in c. Ut commissi. s. aduocandi. de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Aduocandi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis assistant; & in huiusmodi deferendis sententijs præbeant consilium opportunum; ac eis quod super his vobis humiliter pareant in iurisdictione obedientiæ iniungendi.

Relat. supr. pag. 108. R. 3 Eadem

Qui publica rei testiũ nomina grauius erraret.

Simancam de catho. instit. tit. 64. nu. 26. & in enchyridio tit. 35. nu. 12. & seq.

Tabiensis in summa. verbo, inquisitor, s. 8.